Vide Dibdin in Bibliotheca Spenseri
ana Vol. I. p. XXIV. hoc opus estim
pressum circa annum 1480.

Oelsner

Brunet. Manuel I. 117. sed cur annum [illegible]
1480 assignaverit, nescio. Opinor autem typis
Lipsiensibus Wolfg. Stöckels vel aliis typogr.
opus esse. Ceterum auctor operis incertus nec
Jacobus nec Matthaeus de Cracovia. Possum
exemplar conjungit cum illo, quod laudat Brunet.
tur. nam IV. non VII. folia sunt in [illegible]
B. 4. folio verso. Nec differre videtur ab Heineckiano
exemplari. Idee gen. p. 423. Ann. Panzer. IV. 89.
117. Jöcher 22. 23. tab. ap. Heineckianum
differunt tamen in non nullis de quo vid. Schedula
nostra. Quam Dibdinus editionem ex Catalogo
Bibl. Spenceriana laudavit, ea diversa esse
videtur et dispositione tituli et figurarum
differentia

d. 21. Sept. 1826. die S. Matthaei
Apostoli

Incunabula.

Ars moriendi.

Teol: ~~4842.~~

Jacobi de Cracovia
ars moriendi
lat. Text u. 14 Holzschn.
aus dem 15 Jhdert.

Incertus auctor
nec Jacobus nec Matthaeus
de
Cracovia

Hain Repert. bibl. N. 1833.

GW. 2578

Ars moriẽdi ex va
rijs scripturarũ sentẽtijs collecta
cũ figuris. ad resistendũ in mor-
tis agone dyabolice sugestiõi va
lens. cuilibet christifideli vtilis ac
multum necessaria.





Vamuis scdm philosophum Tercio ethicorū omniū terribilium mors corporis sit terribilissima. morti tamen anime nullatenus est comparāda. Teste Augustino qui ait. Maius est dampnum in amissione vnius anime ꝙ mille corporum. Teste etiam Bernhardo qui dicit. Totus iste mundus ad vnius anime preciū estimari non potest. mors ergo anime tanto est horribilior atqꝫ detestabilior quanto anima corpore est nobilior atqꝫ preciosior. Cū ergo anima tante preciositatis existat et dyabolus pro morte ipsius eterna hominē in extrema infirmitate maximis tentationibus infestat. Ideo summe necessarium est vt homo anime sue prouideat. ne morte illa perdatur. Ad quod maxime expediens est vt quilibet artem bene moriendi (de qua est presens intentio) frequēter pre oculis habeat. atqꝫ extremam infirmitatem mente sua reuoluat. Quia vt ait Gregorius. Valde se solicitat in bonis operibus qui semper cogitat de extremo fine. Nam si futurum malum preconsideretur facilius tolerari potest Juxta illud. futura si presciantur leuius tolerantur. Sed rarissime aliquis se ad mortem disponit tempestiue. eo ꝙ quilibet diucius se victurū existimet nequaꝙ credens se tam cito moriturū quod instinctu dyaboli fieri certum est. Nam plures per talem spem inanem seipsos neglexerunt indispositi morientes. Et ergo nullatenus infirmo detur spes nimia corporalis sanitatis consequende. Nam scdm Cancellarium parisiensem sepe per talem falsam consolationem et fictam sanitatis confidentiam certam incurrit homo damnationē. ante oīa ergo inducatur moriturus ad ea que necessario ad salutem requiruntur. Primo vt credat sicut bonus cristianus credere debet. letus quoqꝫ ꝙ in fide cristi et ecclesie morietur vnitate et obedientia. Secundo vt recognoscat se deū grauiter offendisse et inde doleat. Tercio vt proponat se veraciter emendare si superuixerit et nunꝙ amplius peccare. Quarto vt indulgeat suis offensoribus propter deū et remit-

et petat ab his quos ipse offendit. Quinto vt ablata restituat
Sexto vt cognoscat deum pro se mortuum et ꝙ aliter saluari
non potest nisi per meritum passionis cristi. de quo agat deo
gratias inquantū valet. Ad que si bono corde responderit. sig
num est ꝙ sit de numero saluandorū. Deinde studiose inducat
tur ad debitum vsum sacramentorū ecclesie. Primo vt per ve
ram contritionem integrā faciat confessionem alia etiam ec
clesie sacramenta deuote recipiendo. Quisquis vero de premis
sis ab alio interrogatus et informatus non fuerit seipsum in
terroget considerando si sit dispositus vt prefertur. Qui autē
sic dispositus est se totum passioni cōmittat continue eam te
nendo atqꝫ meditando. Nam per hec omnes tentationes
dyaboli et in fide maxime superantur. Vnde notandū ꝙ mo
rituri grauiores habent tentationes ꝙ̄ nunꝙ prius habuerūt
Et sunt quinqꝫ vt postea patebit contra quas angelus suge
rit eis quinqꝫ bonas inspirationes. Sed vt omibus ista mate
ria sit fructuosa et nullus ab ipsius speculatiōe secludatur sed
inde mori salubriter discat tam litteris. tantum litterato deser
uientibus ꝙ̄ ymaginibus layco et illitterato simul deseruienti
bus cunctorū oculis obicitur. Que duo mutuo correspondē
tes habent se tanꝙ̄ speculum in quo preterita et futura tanꝙ̄
presentia speculantur. Qui ergo bene mori velit ista cum sequē
tibus diligenter consideret.

3

Tentatio dyaboli de fide.

Xquo fides est tocius salutis fundamentum et sine ea nulli omnino potest esse salus. Teste Augustino qui ait Fides est bonorum omniũ fundamentum. et humane salutis initium. Et Bernhar. dicente. Fides est humane salutis initium sine hac nemo ad filiorum dei numeruz potest pertinere. sine hac omnis labor hominis est vacuus. Ideo dyabolus totius humani generis inimicus totis viribus hominẽ in extrema infirmitate ab illa totaliter auertere nititur. Vel saltem ad deuiandum in ea ipsum seducere laborat dicens. tu miser in magno stas errore non est sicut credis vel sicut predicatur. Infernus factus est. Quicquid homo agit licet aliquem vel seipsum occidat cum indiscreta penitencia sicut aliqui fecerunt. Vel ydola adorat vt reges paganorum et plures pagani faciunt nonne in fine idem est quia nullus reuertit dicens tibi veritatem et sic fides tua nihil est. His et similibus dyabolus maxime laborat vt hominem in extremis agẽtem a fide auertat qui bene scit. Si fundamentum ruat omĩa superedificata ruent. Secundũ tamen q dyabolus in nulla tentatione hominem cogere potest nec etiam aliquo modo p̄ualere vt sibi consentiat quãdiu vsum rationis habuerit nisi sponte voluerit ei consentire quod certe super omnia cauendũ est. Vnde apostolus fidelis deus qui non patitur vos tentari super id quod potestis sed faciet cum tentatione prouentũ vt possitis sustinere.



Bona inspiratio angeli de fide.

Ontra primam tentationē dyaboli dat angelus bonam inspirationē dicens. O homo ne credas pestiferis sugestionibus dyaboli cū ipse sit mendax. Nā menciendo prothoparentes decepit nec aliquo modo in fide dubites licet sensu vel intellectu cōprehendere non valeas quia si comprehendere posses nullatenus esset meritoria. Juxta illud Grego. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Sed memento verba sanctorū patrū. s. scti Pauli ad hebreos xi. dicentis. Sine fide impossibile est placere deo. Et Johannis. iij. Qui non credit iam iudicatus est. Et Bern. dicentis. Fides est primogenita inter virtutes. Et iteruz beatior fuit Maria percipiendo fidem cristi q̄z carnē christi. Considera etiā fidem antiquorū fidelium Abraam ysaac et Jacob et quorundam gentilium. s. Joab moab meretricis et similium. similiter fidem apostolorū necnon immutabiliū martyrum confessorum atz virginū. Nam per fidem oīes antiqui et moderni placuerūt. Per fidem sanctus petrus super aquas ambulauit. sanctus Johannes venenum sibi propinatū sine nocumento bibit. montes caspy orante Alexandro per fidem adunati sunt. Et ideo fides a deo merito benedicta propterea viriliter debes resistere dyabolo et firmiter credere oīa mandata ecclesie. quia sancta ecclesia errare non potest cum a spū sancto regatur. Nota q̄ cito infirmus sentit se tentari contra fidem cogitet primo q̄ necessaria est fides. quia sine ea nullus saluari potest. Scdo cogitet q̄ vtilis est. quia oīa potest. dicente dn̄o. Oīa possibilia sunt credenti. Et iterū. Quodcūqz orantes pecieritis credite quia accipietis. Et si infirmus faciliter dei gracia dyabolo resistet. Quare etiam bonū est vt symbolum fidei circa agonisantē alta voce dicatur pluriesqz repetatur. vt per hoc infirmus ad fidei constantiā animet᷑ ꝛ demones qui illud audire abhorrent abigantur.


Sis firmꝰ ĩ fide
Fugiamꝰ

Temtatio dyaboli de desperatione.

Secundo dyabolus tentat hominē infirmum per desperationē que est contra spem atq₃ confidentiam quā hō debet haberet in deum. Cum eñ infirmus doloribus cruciatur in corpore tunc dyabolus dolorem dolori superaddit obijciēdo sibi peccata sua presertim non cōfessa vt eum in desperationem inducat dicens. Tu miser vide peccata tua que tanta sunt vt nunq̄ veniam acquirere possis ita vt dicere possis cum Cayn. Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Ecce quō dei precepta transgressus es nam deū super omnia non dilexisti. hominibus iniuriam intulisti et tamen bene scis q̄ nullus potest saluari nisi seruauerit mandata dei quia dominus dicit. Si vitam ingredi vis serua mādata. Sed superbe. auare. luxuriose. gulose. iracunde. inuide. accidiose vixisti attamen predicari audisti q̄ propter vnū peccatum mortale homo potest damnari. Insuper septem opera misericordie non implesti que tamen dominus precipue inquiret in extremo die vt ipsemet testatur dicens. his qui a sinistris sunt. Ite in ignem eternum. Nam esuriui ⁊ non dedisti mihi manducare. Sitiui et non dedisti mihi potum ⁊c. Et ideo Jacobus dicit. Judicium sine misericordia erit illi qui sine misericordia fuit super terram. Vides etiam q̄ plures nocte ⁊ die in lege dei vigilantissime laborantes qui tamen nullatenus de salute sua presumere audent quia nullus scit an odio vel amore dignus est. ⁊ ergo nulla spes salutis tibi relinquitur. Per ista ⁊ similia inducit hominem in desperationem que super omīa mala est vitanda cum misericordiam offendat dei que sola nos saluat. Teste ꝓpha. Misericordie domini quia non consumpti sumus. Et Augu. dicit. Vnusquisq₃ positus in peccato si de venia vera desperauerit misericordiam funditus perdit nihil eñ sic deum offendit q̄ desperatio.


Fornicator es
Omnia pre
cepta domi
ni fregisti.
Periurus es
Avare vixisti
Occidisti

6

A 6

Bona inspiratio angeli contra desperationē.

Ontra scdam tentationem dyaboli dat angelus bonam inspirationē dicens. o homo quare desperas licet em̄ tot latrocinia furta et homicidia ꝑpetrasses quot sunt maris gutte et arene etiā si solus totius mūdi peccata cōmisisses. Etiā si de eisdem nunꝙ̄ prius penitentiā egisses nec ea confessus fuisses nec etiā modo ad confitendū ea facultatem haberes. nihilominus desperare non debes quia in tali casu sufficit sola cōtricio interior. Teste psal. Cor contritū et humiliatū deus non despicies. Et Ezech. ait. Quacūqȝ hora peccator ingemuerit saluus erit. Vnde Bern. ait. Maior est dei pietas ꝙ̄ quevis iniquitas. Et Augu. plus potest deus misereri ꝙ̄ homo peccare. In casu etiā ꝙ tibi constaret ꝙ de numero damnandorū esses nequaꝙ̄ adhuc desperare debes eo ꝙ desperatio nihil agit nisi per eam pijssimus deus multo magis offenditur et alia peccata forcius aggrauantur pena quoqȝ eterna vsqȝ in infinitū augmentatur. xp̄us etiā pro peccatoribus crucifixus est et non pro iustis vt ipsemet testatur dicens. Non veni vocare iustos sed peccatores. Exemplū habeas in petro cristum negante. paulo ecclesiā persequēte Matheo et Zach. publicanis maria magdalena peccatrice in muliere deprehensa in adulterio in latrone iuxta xp̄m in cruce pendente maria egipciaca. Nota ꝙ̄ cito infirmus sentit se tentari per desperationē cogitet ꝙ ipsa est peior et damnabilior omībus peccatis et ꝙ nunꝙ̄ debet admitti propter quecunqȝ etiam peccata. Nā vt dicit Augu. Plus peccauit iudas desperando ꝙ̄ iudei crucifigēdo xp̄m. Secundo cogitet ꝙ̄ vtilis et necessaria est spes. quia ſm Crisostomū est salutis nostre anchora vite nostre fundamentum dux itineris quo itur ad celum. Et ideo nunꝙ̄ est relinquenda propter etiam quecunqȝ peccata.


Nequaq̄ desperes
Victoria m̄i nl'a

Tentatio dyaboli de impacientia.

Tercio dyabolus tentat hominē infirmū per impacientiā que oritur ex magna infirmitate dicens cur tu pateris istum dolorē grauissimū qui est intolerabilis omni creature et est tibi penitus inutilis. nec etiā tuis exigentibus demeritis dolor tantus iure deberet causari. Nā scriptū est In penis benignior est tentatio facienda. Etiā qd̄ multū grauat nullus compatitur quod contra omnē rationē fieri nemo dubitat licet autē amici ore compaciantur tamen maxime propter bona relinquenda tuam mortē mente desiderant. anima quidem corpore exuta vix per vnius diei spacium pro omī substantia relicta corpus tuū hospitari voluit istis et similibus ad impatientiā que est contra charitatē qua tenemur deum diligere super omīa nititur dyabolus hominē inducere. vt sic merita sua perdat. Nota ꝙ in morituris maximus dolor corporis accidit his precipue qui nō morte naturali que raro est sicut docet experientia manifesta sed frequenter ex accidentibus puta febre vel apostemate vel alia infirmitate graui vel afflictiua longa dissoluuntur que quidem infirmitas plerosqꝫ et precipue ad mortē indispositos et iniuste morientes adeo reddit impacientes atqꝫ murmurantes vt plerumqꝫ ex nimio dolore in impacientia amentes atqꝫ insensati videantur sicut sepe visum est in multis. Ex quo vere constat ꝙ tales vtiqꝫ in vera deficiant charitate. Teste Hierony. qui ait. Si quis cū dolore egritudinē vel mortē patitur seu accipit. signum est ꝙ sufficienter deū non diligit. Et paulus ait. Charitas paciens est benigna est.


Ecce q̄tā penā patior
Q̄ bñ decepi eū

Bona inspiratio angeli de pacientia.

Contra terciam tentationem dyaboli dat angelus bonā inspirationē dicens. o homo averte ab impacientia animū tuum per quā dyabolus suis mortiferis instigationibus nihil aliud q̄ anime tue detrimentū querit nam per impacientiā et murmur anima perditur sicut per pacientiā possidetur. Teste Gregorio qui ait. regnū celorū nullus murmurans accipiet Te igit̄ infirmitatis que respectu meritorū tuorū levis est non tedeat. cū ipsa ante mortem sit quasi quoddā purgatoriū cū toleratur vt oportet fideliter et pacienter et libenter cū gratitudine. quia non solū gratitudine opus est in his que sunt ad consolationē sed etiā que sunt ad afflictionē. quia vt Grego. ait misericorditer deus tēporalē adhibet severitatē ne eternā inferat vltionē. Et Augusti. Dn̄e hic vre et seca vt ineternū mihi parcas. Nulle ergo tribulationes te perturbent quia cristum nolle te relinquere ostendunt iuxta illud Augu. Mala que nos hic puniunt ad deū nos ire compellunt Non igitur anime salus approbatur in carnis beneplacitis. sed potius eterna dānatio. Juxta illud Augu. Signū manifeste dānationis est beneplacita assequi et a mundo diligi. Et iterū. mirū est q̄ omnibus ineternū damnandis om̄es lapides non surgunt in solatiū. sed magis mirū est omnibus ineternū saluandis om̄es lapides non surgunt in periculū. Repelle ergo a te impacientiā tanq̄ pestem violentam et assume pacicientiam scutum fortissimū quo om̄es inimici anime faciliter superantur. et respice cristum pacientissimū et omnes sanctos vsq3 ad mortē. Nota cum infirmus sentit se tentari per impacientiā consideret primo q̄ nociua est impacientia. quia ipsum inquietando et perturbando a deo auertit. quia dominus dicit. Super quē requiescet spiritus meus nisi super quietum et humilem corde.



Scdo consideret q̄ pacientia est sollicite seruanda primo q̄a est necessaria. Vnde paulus Pacientia est vobis necessaria. Et dn̄s nonne oportuit pati xp̄m et ita intrare in gloriā suā. Et Grego. nunq̄ seruari cōcordia nisi per pacientiā valet. Scdo quia est vtilis. Vnde dn̄s. In pacientia possidebitis animas vestras. Et grego. Melioris meriti est aduersa tolerare q̄ bonis operibus insudare. idē sine ferro martires esse possumus si pacientiā in animo veraciter seruamus. Et Salomon. Melior est paciens viro forti et qui dn̄atur animo suo expugnatore vrbium.

Quarto dyabolus tentat hominē infirmū per sui ipsius cōplacentiā que est superbia sp̄ualis, p̄ quā deuotis et religiosis atq̄ p̄fectis magis est infestus. Cū em̄ hoīem ad deuiandū a fide aut in desperationē aut ad impacientiā nō potest inducere tūc eū agreditur cū per suipsius cōplacentiā tales in eū p̄icit iaculas et cogitatiōes. O q̄ firmus es in fide ꝛ q̄ fortis in spe ꝛ q̄ cōstanter paciens es in tua infirmitate. O q̄ multa bona op̄atus es maxime gloriari debes. q̄a nō es sicut ceteri qui infinita mala p̄petrauerūt ꝛ solo gemitu ad celestia regna p̄uenerūt. igit̄ regnū celorū tibi iure negari nō potest quia legitime certasti. Accipe ergo coronā tibi paratā ꝛ sedē excellentiorē p̄ ceteris obtinebis p̄ ista et similia dyabolus instātissime laborat hoīem inducere ad sp̄ualem superbiā siue ad suipsius cōplacentiā. Pro quo notandū q̄ ista sup̄bia multū est vitāda primo quia per eā hō efficitur similis dyabolo. nā p̄ solā superbiā de angelo factus est dyabolus. Scdo quia per ipam homo videtur cōmittere blasphemiā p̄ hoc q̄ bonū quod a deo habet a se p̄sumit habere. Tercio quia tanta posset esse cōplacentia. q̄ per hāc dānaret. Vnde Gre. Reminiscendo quis boni qd̄ gessit dū se apud se erigit apud auctorē hūilitatis cadit. Augu. homo si se iustificauerit ꝛ de iusticia se presumpserit cadit.

16

Tentatio dyaboli de vana gloria.



Bona inspiratio angeli contra vanam gloriam.

Contra quartam tentationem dyaboli dat ange-
lus bonam inspirationem dicens. Miser cur tu su-
perbis ascribendo tibiipsi constantiā in fide spe et
pacientia (que tamen soli deo ascribenda est) cum nihil boni
a te habeas. domino dicente. Sine me nihil potestis facere et
alibi scriptum est Non tibi arroges non te iactes non te inso
lenter extollas nihil te presumas nihil tibi tribuas. Et domi-
nus ait qui se exaltat humiliabitur. Et iterū. Nisi efficiamini
sicut paruulus iste non intrabitis in regnum celorū. Humilia
ergo te et exaltaberis. dicente domino. Qui se humiliat exalta-
bitur. Et Augu. Si te humilias deus descendet ad te. Si te ex-
altas deus recedet a te. Auerte ergo mentē tuā a superbia que
luciferū quondam angelorū pulcerrimū fecit dyabolorū defor
missimū. et de alta celorū proiecit ad inferni profunda que eti-
am causa fuit omniū peccatorū. Unde Bern. Iniciū omnis
peccati et causa tocius pditionis est superbia. Idem. tolle hoc
viciū et sine labore oīa vicia resecantur. Unde singulariter
notandum ꝙ quādocunqꝫ moriturus sentit se tentari per su-
perbiā debet primo cogitare ꝙ superbia tm̄ deo displicuit ꝙ
sola ipsius occasione nobilissimā creaturarū luciferū cū om-
nibus sibi adherētibus de celis relegauit ineternū damnando
Et sic ex tali consideratione se humiliat atqꝫ deprimat sua re-
cogitando peccata quia ignorat an odio vel amore dignus sit
Unde debet precipue capere exemplum a sancto Anthonio cui
dyabolus dixit. O anthoni tu me vicisti cū em̄ volo te exalta-
re tute deprimis. cū te volo deprimere tu te erigis. Secundo de
bet cogitare ꝙ humilitas tantū deo placuit ꝙ precipue ipsius
occasione gloriosa virgo maria deum concepit et super cho-
ros angelorum exaltata est.


Sis humilis
Victus sum

Tentatio dyaboli de auaritia.

Vinta tentatio dyaboli est auaricia magis secula-
res et carnales infestans que est nimia occupatio tē
poralium atqꝫ exteriorum circa vxores ꝛ amicos car
nales seu corporales diuicias atqꝫ alia que magis in vita sua
dilexerunt per quem dyabolus hominē maxime vexat in fine
dicens. O miser tu iam relinques om̄ia temporalia que sollici
tudinibus et laboribus maximis sunt congregata etiam vx-
orem proles et cousanguineos amicos charissimos et omnia
alia huius mundi desiderabilia. quorum te societati adhuc in
teresse tibi magnum foret solatium. ipsis quoqꝫ magni boni
occasio. Hec similia dyabolus homini in extremis de auari-
cia presentat vt sic per amorem et cupiditatem terrenorū auer-
tat ab amore dei et propria salute Vnde singulariter notandū
ꝙ maxime caueri debet ne cuiqꝫ morienti. amici corporales vx-
or liberi diuicie et alia temporalia ad memoriam reducantur.
nisi in quantum illud infirmi spiritualis sanitas postulet aut
requirat. quia alias maxime periculosum esset cum sic ab his
que spiritus et salutis sunt quibus maxime tunc omibus viri
bus interioribus et exterioribus intendendum est reuocaretur
ad ista miserabilia temporalia et carnalia tunc cum maxima
solicitudine a memoria et mente remouenda in quibus certe
tunc occupari est valde periculosum.


ꝓuideas amic
Intēde thesauro

Bona inspiratio angeli contra auariciā.

Ontra quintā tentationē dyaboli dat angelus bonam inspirationē dicens. O homo auerte aures tuas a mortiferis sugestiōibus dyaboli quibus te inuidere et inficere conatur. Et oīa temporalia totaliter postpone quorū memoria vtiqꝫ nihil salutis conferre potest sed magnū impedimentum memor verborū dñi ad eos qui istis adherent. Nisi quis renunciauerit omībus que possidet non potest meus esse discipulus. Et iterū. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et vxorem et filios et fratres et sorores adhuc non potest meus esse discipulus. Itē ad eos qui istis renunciant dicit Et omīs qui reliquerit domū vel fratres vel sorores aut patrem aut matrem aut vxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplū accipiet et vitam eternā possidebit. Memento etiā paupertatis xp̄i in cruce pro te pendentis matrem dilectissimā et discipulos charissimos propter tuam salutem spontissime relinquentis Considera etiam ꝙ tot viri sancti in isto contēptu rerum temporaliū secuti sunt eū audituri illud. Venite benedicti patris mei possidete regnū paratum vobis ab origine mundi. Imprime ergo ista tue mēti et oīa transitoria tanꝙ venenū a te penitus repellendo cor tuū ad voluntariā paupertatem integre conuerte et sic regnū celorum ex promisso tibi debetur. dicente dño. Beati pauperes spū qm̄ ipsorum est regnū celorū. teqꝫ totū deo qui tibi diuitias conferet sempiternas plenarie committe totam tuā fiduciam in eū fundens. Nota quādo infirmus sentit se tentari per auaritiā seu amorem terrenorū consideret primo ꝙ amor terrenorū a deo separat quia dei amorem secludit. Teste Grego. qui ait. Tanto quis a superno amore disiungitur quāto hic inferius in creaturis delectatur. Scd̄o consideret ꝙ voluntaria paupertas hominē beatificat et ad celum ducit. dicente domino. Beati pauperes spū qm̄ ipsorum est regnū celorum.


Nō sis auar
Quid faciā

I agonisans loqui et vsum rationis habere potue-
erit fundat orationes deū primo inuocando vt ipm
per ineffabilē misēdiam suā ꝛ virtutē passionis sue
suscipere dignet. Scdo diligenter inuocet gloriosam virginē
mariā ꝓ sua mediatrice. Deinde oēs angelos et precipue ange-
lū ꝓ sua custodia deputatū. deinde apostolos martires cōfes-
sores atqꝫ virgines. specialius tñ illos quos vel quas prius sa-
nus in veneratiōe habuerit et dilexit quorū ymagines cū yma-
gine crucifixi et beate marie v̄ginis ei presentent. Itē dicat ter
istū versum. Dirupisti dñe vincula mea tibi sacrificabo hosti-
am laudis. Nā iste versus ꝭm Cassiodoꝝ tāte credit esse v̄tutis
vt peccata hominū dimittant si in fine vera cōfessione dicat.
Itē dicat ter hec verba vel similia q̄ in summa btō Aug. ascri-
bunt. Pax dñi nostri iesu xp̄i et virtus passionis eius et signū
sancte crucis et integritas beatissime virginis marie et benedic
tio omniū sanctorū ac sanctarū custodia angelorū necnō suf-
fragia omniū electorū sint inter me et oēs inimicos meos visi
biles et inuisibiles in hac hora mortis mee. Vltimo dicat. In
manus tuas cōmendo spm̄ meū. Si aūt infirmus non sciat
orationes dicere dicat aliquis de astantibus alta voce corā eo
orationes vel hystorias deuotas in quibus quidē sane delecta
batur. Ip̄e vero oret corde et desiderio vt scit ꝛ potest. Vn̄ no-
ta ex quo tota salus hominis in fine cōsistat sollicite curare de
bet vnusquisqꝫ vt sibi de socio vel amico deuoto fideli et ydo-
neo ꝓuideat ei qui in extremis fideliter assistat ad fidei constā
tiam pacientiā deuotionē confidentiā et perseuerantiā ipsum
incitando animando et in agonia orationes deuotas fideli-
ter dicendo. Sed heu pauci sunt qui in morte proximis suis fi
deliter assistunt interrogando monendo et pro ipsis orando
presertim cū ipsi morientes nondū mori velint et anime mor
entium sepe miserabiliter periclitantur.


I·N·R·I
Heu insanio
Spes nobis nulla
Furore consumor
Confusi sumus
Animam amisimus



Liter: 1) Falk F., Die ältesten Ars moriendi u. ihr Verhältnis...,
Ztr. f. Bibliothwesen 1890, H. 7.

2) Falk F., Die deutschen Sterbebüchlein, Köln 1890. sg. 144300 II

3) Celichowski Z., Ars moriendi, Rozpr. PAU 1893, og. zb. 17.

4) Nicholson, Ars moriendi 1891.

i inne vide Douglas-Martin: B-ka do nauki VIII. 286164 II

GW 2578 Lpzg, Kachelof: 1497/8

Konserwację papieru /kąpiel, uzupełnienie braków/ wykonała P.Anita Bogdanowicz z Oddziału Konserwacji Biblioteki Jagiellońskiej. Nową oprawę wykonała P.Katarzyna Mazurkiewicz.

Kraków 1979 r.